UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Frumentio [et] alio frume[n]tio martyribus. Cap[itulum].ccxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

die altero ita illeſus inuentus eſt: vt nec caro eius: nec extrema veſtimenta vllo modo cremarentur. hec Grego.iij.dialo.cap̄.xviij.

¶ De ſancto Serapione abbate. Cap̄.ccxvij.

Serapion abbas vt in octauo libro hyſtorie tripartite: ⁊ in vitis patrum habet̄: fuit in regione arſenoite pater decez milium monachoꝝ: de labore manuum victum querentiū quotidianū. Tempore autē meſſis omnes ad metendū precio conducebātur: ⁊ quicquid acquirere potuiſſent indigentibus regionis et alexandrie carceratis ac peregrinis in eorū neceſſitatibus expendebāt. Hic tēpore iuuētutis exiſtens monachus: poſt menſam cōmunem panē furabatur: quam ſero latenter comedebat. Tandē ad cor rediens: abbati peccatum confeſſus eſt: moxq̄ ex ore eius quaſi flamma ignis egreſſa fetorem ſulphureū exhalauit. Hic ſola vnica ſyndone amictus: pane tantum pro cibo ⁊ aque potu contētus: nihil aliud quotidie ſumebat. ¶ Cum aūt ſemel amictum ſuum pauperi tribuiſſet: ⁊ alteri nudo obuians tunicā dediſſet euangeliūq̄ tenens nudus ſederet. Interrogatus quis eum expoliaſſet: reſpondit: ꝙ euangelium quod tenebat. Alias inſuper pauperem tertium videns euangelium ipm̄ vendidit: ⁊ pauperi precium dedit: dicens ꝙ euangelium omnia precipit vendi: et pauperibus dari. Seipm̄ ergo euangelium vēdi mandat. ¶ Alio tempore exiſtens in quodā oppido paganorum: ſeipm̄ eis vendidit: quos poſtq̄ verbo et exemplo conuerterat: reddito precio ab eis receſſit. Hoc idem fecit in lacedemonia apud athenas: ſeipm̄ vendens vni primario ciuitatis: vt ipſum conuerteret: quod et fecit. Dormiuitq̄ in pace duodecimo kalēdas aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De ſctō aphrodiſio epō ⁊ cōfeſ. Cap̄.ccxviij.

Aphrodiſius genere egyptius prefectus totiꝰ egypti erat tempore quo puero ieſu egyptum fugato: ⁊ in tēplo deorum delato idola omnia corruerunt. Quod cū aphrodiſius tunc prefectus audiſſet ad phanū in quo ſimulachra euerſa fuerant acceſſit: ⁊ viſo puero ieſu eū adorauit: ipm̄q̄ vna cū parentibus a furore pontificum idoloꝝ eos in deorū ſuorum vltionem occidere volentiū viriliter defenſauit. Et extunc in xp̄m quaſi per ſomniū credidit. Sed poſt aſcenſionē domini cum predicatio euangelij ad egyptum perueniſſet: prefecturam deſerens antiochiam venit: ⁊ ibi baptizatus atq̄ beati petri diſcipulus factus eſt. Cū quo poſtmodū romā iuit. A quo et directus eſt ad gallias predicādas. Qui etiam ibidem ſancto paulo ſergio epō narboneñ. ſe aſſociauit. A quo ordinatus bituricenſis epus ad ipam ciuitatē deuenit: vbi multo tp̄e officio p̄dicatiōis inſiſtēs ⁊ miraculoꝝ glīa refulgēs: oēm pplm̄ eiuſdē vrbis xp̄i noī ſubiugauit. Et v̄tutibꝰ ac etate maturꝰ in dn̄o q̄euit. xi.kal. ap̄lis. Et ſepultꝰ eſt in eccl̄ia ſua ſignis clareſcēs.

¶ De ſctō Victoriano martyre. Cap̄.ccxix.

Victorianus adrumētine ciuitatis nobilis: vt dicit aphricanꝰ: a quodā ꝓcōſule carthaginis q̄ nullꝰ in ꝑſecutione eccl̄ie durior fuit: dū idolis īmolare cogeret̄: ⁊ oīno renueret. p̄mo rebꝰ ſpoliatꝰ: deinde tātis tormētorū generibꝰ cruciatꝰ: quātꝰ hūanus ſmo nō poterit explicare: feliciter tripudians martyriū in eadē vrbe ꝯſumauit. x.kal. ap̄lis. ħ aphricanꝰ.

¶ De ſanctis Frumentio ⁊ alio frumētio martyribus. Cap̄.ccxx.

Germani duo quorū vterq̄ frumētius vocabat̄ aquiſregieñ. in ciuitate oriūdi apud rabadeñ. oppidū paſſi ſunt. Qui ſibi īnuicē iurauerūt tortores rogare: vt ſemꝑ pari ſupplicio torquerentur. Tenti igitur a paganis cū die integro pēderēt ſuſpēſi molis in pedibus alligatis: vnus eoꝝ ſe deponi petijt: ⁊ inducias ſibi dari. Sed ab altero cōfortatus: ⁊ penitens tortores rogabat: vt lapides maiores adijcerēt. Deinde ambo laminis ignitis eſtuati: ⁊ poſt hec vngulis exarati: multis quoq̄ cruciatibus vexati: ab ipſis tortoribꝰ tedio derelicti: et a facie eoꝝ proiecti ſpiritum dn̄o reddiderunt. x.kalen. aprilis.

¶ De ſanctis duodecim infantulis martyribus. Cap̄.ccxxi.

Duodecī infantuli apō aphricā ſub ꝑſecutione vādalica paſſi ſūt. Qui ab arrianis de nūero confeſſorū xp̄i ſegregati: nō ſpū: ſed corꝑe: ſuggerēte q̄dā teuchario heretico: q2 ipos nouerat ad cātilenā vocales ac ſtrenuos: carthaginē deducti ſūt: vbi primo: q2 pueruli blādicijs ſuaſi: dū arriane fidei conſentire nollent: duriſſimis verberibus tādiu ceſi ſunt: quouſq̄ ſpiritū emiſerunt: ibidemq̄ quaſi in numero apoſtolorū ſepulti. Quorū exēplo duo negociatores quoꝝ vterq̄ frumētius dictus eſt: ⁊ quinq̄ eiuſdē monaſterij fratres: ſcꝫ liberatus abbas: bonifacius diaconus: ruſticus ſubdiaconus: rogatus: ⁊ maximus monachi pro fide catholica martyriū ptulerunt. Qui paſſi ſunt. x.kalen. aprilis.